



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

16. Mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

riantur, abiecta stola prima in baptismo accepta, nec per pœnitentiam recepta, vt ille filius prodigus mediante pœnitentia à Patre misericordiatum recepit, dicente Patre, *Cito proferte illi stolam primam*, &c. id est, quam prius in baptismo acceperat, vt præclare docet S. Basilus in homilia de Pœnitentia. Summa ergo disputationis Caluiniæ est, quòd ad tantam lucem verborum Christi attonitus, primum de veste nuptiali quæri non vult, fidem ne an bona opera significet : deinde

1. bona opera pro honore vocationis nostræ requiri non inficiatur ; sed ne ad salutem necessaria videantur (quòd hæc *vestis nuptialis* tam vehementer necessaria inuictè conuincit) nouam quæstionem proponit, non ideo damnari homines, quòd hanc vestem ex sua arca non depromant ; ægrè
2. tandem vno minimo verbo agnoscit, *homines in suis sordibus reptos damnari*. Sed de veste nuptiali,
3. qualis illa sit, quàm ad salutem necessaria, perfidus interpres nihil aperte dicit, sed implicata illa & varia disputatione tenebras & caliginem veritati offundere studuit. Exemplo esse potest hæc vna Caluini tergiuersatio, quàm perfida & cauteriata conscientia Scripturas tractent nostrorum temporum hæretici, sed omnium maxime Caluinus ipse.

Luc. 15.

Summa  
luctæ  
Calui-  
niana.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

16. *Mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.*Herodia-  
ni vnde  
sic dicti.

**F**INGIT hoc loco Caluinus aulicam quandam apud Iudæos religionem ab Herode maiore, illo qui Christum natum persequabatur inuectam, vt Herodiani dicantur qui illi assentantes, homini semi iudæo, & adulterino legis

gis

gis professori, integram & puram legis obseruationem negligebant. Totum hoc fictitium & vanum est. Herodiani enim hoc loco dicuntur, qui census seu tributi à Romanis Imperatoribus Iudæis indicti collectores erant; quibus omnibus præfuit Herodes Agrippa, vel tunc à Tiberio constitutus, vel quia eo Consule cum Augusto census iste primum indictus fuit, vt scribit Dio. Herodianorum quidem secta apud Iudæos fuit, qui Herodi aduantes, ipsum esse Christum & Mesiã affirmarent, vt videre est apud Iosephum in Antiquitatibus Iudaicis. Sed ad illos quæstio de censu Cæsari soluendo nihil pertinebat: nec Herodiani sed Galilæi erant, alia quædam seditiosa secta, qui sensum Romanis soluendum negabant, de quibus Iosephus lib. citato, cap. 1. Sed istis aperte seditiosis hominibus adiungere se Pharisei, vt Christum tentarent, nec audebant, nec ad rem præsentem faciebat. Isti enim Herodiani censum exigebant: Pharisei non esse dandum musitabant. Vtrique Christum aggrediuntur, vt vel illos offenderet si solutionem negaret, vel populum, qui non libenter soluebat, si solutionem approbaret, quasi rem populo Dei indignam. Sed vtrique satisfecit Christus, Cæsari quod suum, Deo quod Dei erat, reddendum respondens.

Histor. 7.  
Rom. lib.  
48.

Lib. 18.  
cap. 19.  
& 20.

21. *Reddite quæ sunt Dei Deo.*

**E**X his Christi verbis mirabile corollarium infert Calvinus, vt dexteri sunt hæretici (si Scripturas tractâdi potestas illis datur, à quo imprimis arceri debebant tanquã hospites

R 2 & adue-